





P.L. 541,68

H. 208

II h
270

Disputatio
**NOVA CON-
TRA MULIERES**
QVA PROBATVR,
eas Homines non esse.



A N N O

M. D. XCV.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA





Pon II h 270 QK

THESES DE MULIERI- BVS, QVOD HOMINES NON SINT.

I.

CVm in Sarmatia, vt in campo omnis licentia, liberum sit credere & docere, IESVM CHRISTVM Filium DEI Saluatorem & Redemptorem animarum nostrarum, vna cum Spiritu sancto non esse D E V M ; libebit opinor etiam mihi credere & docere, quod multo minus est, Mulieres scilicet non esse Homines, & quod inde sequitur. Christum ergo pro iis non esse passum, nec eas saluari. Si enim non solum in hoc regno tolerantur, sed etiam a magnatibus praemii afficiuntur, qui blasphemant Creatorem, cur ego exilium aut supplicium timere debeo, qui simpliciter conuicio creaturam ? praeferim cum eo modo ex sacris literis probare possum, mulierem non esse hominem, quo illi probant Christum non esse D E V M .

2. Exhorrescent hic sine dubio omnes lectores, & sine mora, antequam malum longius serpat, me dignum iudicabunt, qui ipse cum Thesibus, his meis ardeam : Sed si isti lectores rem non ex opinione, vt vulgus, sed ex Veritate, vt Philosophi, & existimare & *av& muθων* ponderare voluerunt, nullam profecto inuenient causam, cur mihi debeat iure succensere.

3. Si enim sunt Catholici, sinceritati meae ignoscent potius, quam irascentur, quod ego haereticus, posito hoc principio. Nihil esse credendum, nisi quod in sacris literis expressum sit, nec mulierem esse hominem credam, cum & hoc nusquam extet, si sunt sectarii ; impudentissimi sunt nebulae, quod me execrantur quem genuerunt, & a quibus hoc principium didici. Hoc certe efficiam, vt cogantur aut propriam doctrinam abnegare, aut mihi assentiri. Sequare enim in hac mea haeresi eandem scripturas interpretandi methodum, quam illi sequuntur in suis.

4. At quo pacto hoc facies inquiet ? Animaduertite : Scriptura pronunciat eum esse maledictum, qui verbo DEI aliquid addit ; maledicti ergo erunt omnes qui mulierem esse hominem addunt & credunt. Nam neq; in nouo neq; in Veteri Testamento reperitur, mulierem dici vel appellari hominem. Certè si mulier homo esset, appellasset eam alicubi ita Spiritus sanctus : nunquam autem appellauit. Ergo homo non est, & qui eam hominem esse asserit, plus iam sapit, quam ipse D E V S .

5. Christus licet saepius in scripturis expresse D E V S appellatur, & qui dem verus ; tamen pertinaciter negant Anabaptistæ, cum vnum esse illum

verum

verum DEVM. Mulier quæ ne semel quidem, sed omnino nunquam ho-
mo dicitur, hanc tamen esse hominem volunt & credunt. O dolus, o infan-
tia, o scelus! Licet aiunt, expressè mulier homo non appellatur, tamen multa
sunt loca, ex quibus mulierem esse hominem evincitur. Ecce homines fa-
naticos: Antea variis libris editis clamitarunt nihil credendum, nisi quod
expressum in scriptura reperiatur: iam verò blaterant etiam amplectendum
quod non expressum, sed quod ex expresso elicetur. En versutiam.

6. Sed sit ita, posse ex expresso elici: quid tum postea? an licebit illis pro-
pterea mulierem hominem nominare? nequaquam. Nam & Prophetæ,
Christus & Apostoli sciuerunt ex expresso hoc elici, & tamen aperte nomi-
nare noluerunt. quare neq; nos id facere debemus; nisi pro nostra stultitia
putamus nobis licere, quod Prophetis, Christo & Apostolis non licuit. Ut
autem omnes intelligent, nec ex expresso elici posse mulierem esse homi-
nem, inspiciamus quæso & examinemus illa loca, quæ pro homatione, ut ita
loquar, mulierum, carum procuratores solent producere.

7. Ac primò quidem ex verbis D E I: faciamus ei adiutorium simile si-
bi: sic argumentantur. Heuah facta est similis Adamo homini ut Adam.
Speciosum quidem argumentum, sed aperte falsum. Non enim D E V S dixit
faciamus ei hominem similem sibi, ut possint concludere, Euam hominem
factam ut Adam: sed adiutorium ait, nec dixit simile illi, ut illi beani intel-
ligunt, sed sibi dixit reciprocè.

8. Quod ut melius intelligatur, verba D E I accuratius perpendamus. Non
est bonum inquit hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.
Hic nihil aliud dicitur quam non est bonum ut unus homo sit in mundo, fa-
ciamus ei adiutorium, quo possit procreare alios homines. Si ergo hoc adiu-
torio primum procreandi erant alii homines ne esset solus; Eua homo non
fuit: quia non facta erat, ne Adamus esset solus, sed ut per illam Adamus
procrearet homines, qui illum à solitudine eximerent. Id ipsum fatetur Eua.
Quamprimum enim Filium Cainum peperit, Virum genui, excalmauit, iu-
xta voluntatem Domini. Quæ obsecro erat hæc voluntas Domini? nulla
Profecto alia, quam ut hominem generaret, ne Adam esset solus: Ideo &
communiter opinantur Doctores Euam propterea gemellos peperisse, Cai-
num & Abelum. Ecce quam egregiè concordet scriptura, quamq; conueni-
entissimè testetur mater illa omnium viuentium Eua voluntatem hanc Do-
mini, tum primum completam esse, non quando illa cum Adamo erat in
carne una, id est, unus homo, quia ille adhuc est solus qui est unus, sed quan-
do mundum aspexisset proles in posterum genus, humanum amplificatura.

¶. Ob-

9. Obscura fortè sunt hæc, afferamus clariora. Experientia testatur communis, & est concors omnium Philosophantium opinio, nihil posse fieri in tota rerū natura, vbi non concurrant hæc duæ, causæ Efficiens & Instrumentalis. Faber non potest cedere gladium, nisi habeat adiutorium malleum: Scriba non potest scribere, nisi itidem habeat adiutorium pennam. Sartor non potest nere, nisi habeat adiutorium acum: Homo nō potest generare, nisi habeat adiutorium mulierem. Ut autem malleus non faber, acus non est sartor, penna non est scriptor: sic nec mulier homo. Quod si quis negat mulierem esse causam Instrumentalem; proferat nobis aliam, si membra ostendit pudenda, ridebitur ab omnibus. Nunquam enim instrumentum naturaliter est innatum Efficienti, sed disiunctum: quemadmodum in fabro non est instrumentum manus, sed disiunctum aliquod, malleus: sic nec hoc loco virilia, sed mulier.

10. Præuideo quod aduersarios vexet, particula nempe illa similem sibi: sed facilis est solutio. Ut enim ad rei illustrationem priori exemplo vtar: Faber ad cudendum gladium non accipit in manus stramen, sed adiutorium simile sibi, hoc instrumentum ad cudendum gladium sibi conueniens, nempe malleum. Quod enim conuenit, est simile & simile est, quod conuenit. Sartor non accipit ad vestem reparandam securim, sed acum adiutorium aptum. Sic D E V S ad procreationem hominis noluit Adamo fabricare animal quadrupes aut aliquid aliud dissimile, vnde homo commodè nasci non potuisset, sed adiutoriū sibi simile hoc est idoneum, nempe mulierem. Hinc ait Apostolus: non virum propter mulierem, sed mulierem propter virum factam. Et hunc esse genuinū huius loci sensum, testantur acutissimi quiq; Hebræorū Rabini, hæcq; sibi simile non ad æqualitatem personæ Adami, sed ad conuenientiam futuri operis interpretantur. Cui non satisfacio, legat doctissimos nostræ ætatis Theologos, & videbit omnes vnanimiter docere, omnino male ex Hebræo versum esse simile sibi, cum nihil minus ibi dicatur, sed ponendum fuisse, adiutorium quod sit coram eo, vt hunc locum exposuit Martinus Lutherus; vel faciamus ei iumentum accommodatum, vt in sua versione exposuit Sebastianus Castalio, quid ergo eum obmurmurare poterunt.

11. Sed si ita est mulierem esse similem sibi, vel factam ad imaginem hominis, quid inde? Si Christus Anabaptistis non est D E V S, qui est substancialis, & in conspicua imago D E I Patris; nec dabimus nos illis, mulierem esse hominem, licet ad imaginem hominis dicatur creata.

12. Quem hæc non mouent, eum certè mouebunt sequentia. Sciuit D E V S creaturus Adamum, se & fœminam facturum. Est enim omniscius. Si

iam illam hominem esse voluisse ut Adamum, non dixisset, faciamus hominem in singulari, sed faciamus homines, quia autem ita locutus est firmissimum à verbo D E I dicitur argumentum, D E V M noluisse, ut mulier sit homo, eumq; vnum tantum fecisse hominem, non duos.

13. Quid? an non ille tantum est homo, qui ad imaginem D E I est conditus? maxime. Quæ ergo est impudentia, docere mulierem esse hominem, cum ad imaginem D E I creata non sit? Percurrat quispiam tota Biblia, & an faciamus eam ad imaginem nostram, vel an modo quod ad imaginem D E I sit facta, alicubi scribatur? D. Paulus expressè ait: Vir est imago & gloria D E I, mulier gloria viri. Vides Apostolum mulieri detrahere imaginem D E I, eamq; hac esse præditam negare. Causamus ergo contumelia afficere D E V M, & eam hominem statuere, quam ipse imagine sua dignari noluit, præsertim cum & ipsi Papistæ in suis Canonibus confiteantur, mulierem ad imaginem D E I non esse factam.

14. Mulier si fuisset similis Adamo, id est homini, sequeretur in Paradyso peccasse duos homines. Nam Eua æquè peccauit ut Adamus: Apostolus autem dicit, per vnum hominem intrasse peccatum, non per duos: evincitur ergo, tantum vnum ex his duobus fuisse hominem, nempe Adamum & non Euam. Præterea si duo homines peccassent, duo etiam Christi fuissent necessarii, quorum vir pro viris, mulier vero Christus pro mulieribus passus fuisset. Nam duo cum faciunt idem, non est idem. Venit autem tantum vnum Christus, & quidem vir, & satisfecit abundè pro nobis. Virum ergo tantum esse hominem & non mulierem, inficias ire nemo potest.

15. Respondent, Apostolum per vnum hominem intellexisse Euam, ut pote quæ prior peccauerat. Verum si per Euam peccatum, ergo non per Adamum; aut si per vtrumq; mentitur Apostolus Paulus, dicens per vnum hominem. Alii dicunt Apostolum ideo Adamo ascribere peccatum, quod ille sit dignior: sed si Adamus dignior Eua; Ergo iam illa similis Adamo non est, nec magis homo, quam bestia, qua Adam etiam dignior. Tu dominaberis, dixit D E V S Adamo, omnibus bestiis: hinc fortè illa dignitas. Sed cum vir & mulieri dominetur, quis nisi insanus eam hominem, & non potius eam bestiam credere potest?

16. Duo hic nobis diluenda veniunt. Vnum vbi dicitur, fecit D E V S hominem, masculum & fœminam fecit eos: alterum, duo erunt in carne vna: Talibus coniecturis eos niti oportet, qui ab expresso DEI verbo deficiunt. Quoad primum, concedo D E V M fecisse eos, id est, masculum & fœminam homi-

hominem, non autem eos secisse homines, ut vterq; sit homo, diligenter ergo singularis numerus obseruandus, confirmatur hoc per alterum, duo erunt in carne una, id est masculus & foemina erit unus homo. Nec dant aliam huius loci interpretationem etiam ipsi Anabaptistæ, qui tamen sibi contrariantur, dum credunt in coniugio duas personas esse unum hominem, in trinitate vero negant esse possibile, ut tres personæ sint unus D E V S.

17. Scribunt iidem. Si alicubi clarè traderetur Christum esse æternum DEVM, concederemus facilè pluralem numerum Elohim, faciamus, descendamus, & similes scripturæ dictiones, vnde diuinitatem Filii DEI probare conantur Trinitarii ad personas trahi diuinæ, sed cum nullibi principium istud expressè notatum reperiatur, nihil certi ex ambiguis deduci, sed quare isti sententiosi Doctores hoc præceptū ipsi non obseruant, & ex plurali numero eos, vel duo plures homines elicere volunt, cum nusquam expressè reperiatur mulierem hominem esse?

18. Ut autem omni generi argumentorum aduersariorum oppugnemus, etiam ex Grammatica, hoc quod volumus probemus. Homo cuius est generis? certè masculini tantum. Masculi ergo tantum erunt homines & non foeminae. Scio quidem quosdam imperitos Grammaticos docuisse communis generis esse homo, sed vehementer lapsi sunt, dum nullius probatoris autoritatem possunt recensere, qui haec homo nunquam dixerit. Adferunt illud Ciceronis, Tullia nata erat homo: quasi nata ad homo & non potius ad Tulliam spectet. Si dicerem Tullia nata erat animal, an animal propterea esset generis foeminini? nequaquam. Obseruarunt ergo doctissimi illi viri, qui Calepini dictionarium auxerunt, ideo & hanc autoritatem Ciceronis reiecerunt, & eruditissimus ille Grammaticus Cornelius Valerius, qui hodiè in omnibus fere scholis teritur, in suo compendio hominem esse generis communis negavit. Sicut & aliimulti.

19. Ab Etymologia sumi firmum argumentum docent Dialetici omnes. Cum ergo homo deriuetur ab humo, quod ex ea sit conditus, quo modo mulier potest esse homo, quæ ex humo creata non est? sed ne quis nos sacra immiscere profanis clamitet, meq; extra chorum saltare dicat, qui superius scripsi, me solummodo sacrarum literarum testimoniis usurpum, ad scripturas iterum reuertor.

20. 1. Timoth. 2. dicit Christus exstituros multos falsos Prophetas qui & electos si fieri possit in errorem inducerent, cum ergo dicat, si fieri pos-

sit,

sit, manifestè apparet electos seduci non posse. Iam enim, quem D E V S cœ-
uerat hominem, fuisse vas electum ad vitam æternam, nemo dubitare potest.
Euam autem tale vas electum non fuisse, & per consequens, nec hominem
ad imaginem D E I hinc constat, quia seducta est: argumentum hoc est fir-
mum, nec euerti potest. Ne autem quis possit oblatrare, hac ratione Ada-
mum nec esse hominem, quod & idem peccauerit, audiat Apostolum dicen-
tem, non Adam, sed Eva seducta est.

21. Longè pedita sunt ista: feram propria. Mulier Cananæa veniens ad
Christum petiit filiam liberari à Dæmonio, Christus respondit ei ne verbu-
lum quidem: quid hoc quæso significat? an Christus superbus? nonne cle-
mens & mitis omnes oneratos ad se venire iubens & refectionem promit-
tens? maximè. Taciturnitate ergo hac nihil aliud significare voluit, quam se
ad mulieres non pertinere, neq; mulieres ad illum. Probabo fortius: Interce-
debant pro illa discipuli, sed quid acceperunt responsi? non sum missus pro-
pter illam, sed propter perditas oves Domus Israel: Auditisne mulieres Chri-
stum propter vos non esse missum? intelligitisne iam viri, vxores vestras ad
regnum cœlorum non pertinere? Respondent nonulli. Christum ideo du-
rioribus verbis Cananæam aggressum esse, quod fuerit gentilis: ridicula
sanè responsio. Nam nonne D E V S totum mundum dilexit, & tam propter
gentiles quam Israélitas Filium suum vnigenitum misit? Pudeat eos tam
turpis ineptiæ, dicant deniq; Quare Christus ad nullum virum gentilem
ita dixerit, ut hanc imbecillam mulierculam, siquidem innumerabiles viri
gentiles ad eum venerint, auxilium petierint & adepti fuerint nihil securius
obiurgati, benevolentissimè tractati.

22. Nondum finis est huius loci, audite vterius & obstupescite: Quam
primum dixissent discipuli, dimitte eam Domine: Respondit Christus:
non est honestum sumere panem filiis & dare canibus. O magnam I E S U
C H R I S T E Fili D E I tuam in explicandis rebus diligentiam. Auditisne
miserrimæ mulieres, quomodo Saluator noster vos vocet? non horribiles
sed canes: non filios sed catellos? auditisne non esse honestum nobis filiis
sumere panem, hoc est Christum panem illum vitæ qui de cœlo descendit
& vobis dare, quæ nihil aliud estis, quam ipsissimæ bestiæ foedæ. Quid ergò
tantopere de vestra salute laboratis? cur supra voluntatem omnipotentis D E I
vos effertis? manete obsecro in eo, quo vos natura posuit statu si & fortu-
nam & D E V M clementiorem in hoc mundo experiri concupiscitis.

23. Si mulier esset homo, omnino male dixisset Christus non esse ho-
nestum eam iuuare, peius panem filiis sumere, quandoquidem non sumar-
tur

tur quod in communi pertinet, pessime dare canibus. At bene locutus est omnia Dominus: Humiliamini ergo cum Cananæa om̄ mulieres, cumq; ea exclamat, Verum est Domine canes sumus, sed tamen catelli comedunt de micis cadentibus ē mensis dominorum: micam petite quæ casu interdum sub mensam cadit, non panem, qui ordinario D.E I modo in mensam nobis Dominis est positus. Ut autem mica panis carnem non saturat, sic nec illa vos saluabit. Imitamini exemplum Mariæ Magdalenæ à Dæmonibus obsecræ, quæ canem ita se esse intelligens replit ad pedes Domini more canis & auxilium petiit, & consecuta est, sicut & fecit Martha cum sorore Maria ad pedes Christi sese humiliter dimittentes.

24. Fremunt & frendent aduersarii seq; ex eo saltem invictissimum pro mulieribus habere argumentum iactitant, quod Christus addiderit fides tua te saluam fecit: sed vide mi lector quomodo homines ad mendacia dilabi oporteat cum veritate destituuntur. Nusquam enim Christus ad Cananæam dixit, fides tua te saluam fecit: sed fiat tibi sicut vis, vel ut alter Euanglista ait: propter istum sermonem vade. Quis obsecro erat ille sermo? nullus profecto alius quam confessio ista, canis sum Cananæa Domine, sed catelli comedunt de micis. Si ergo & nostræ mulieres à Dæmoniis volunt liberari, hoc est à miseriis & calamitatibus huius seculi, ne sint superbae, ut hodie communiter sunt, verum confiteantur se canes, & etiam audiunt, fiat tibi sicut vis, nos vero cupimus audire, non sicut tu ô D E V S vis. Ita enim & Christus moriturus oravit: Fater transeat à me iste calix, non tamen sicut ego volo sed sicut tu vis.

25. Sed leuia fortè sunt hæc: sit ergo dictum Cananææ vt mulieri sanguinis profluuo laboranti: fides tua te saluam fecit, quid inde? an propterea sequetur mulieres homines esse & animæ salutem consequi? absit. Nam saluari hic nihil aliud significat quam senari in corpore, quod inde perspicitur, quia omnes mulieres quibuscumq; hoc Christus dixit non animæ sed corporis tantum salutem petierunt: Maria Magdalena vt liberaretur à Dæmoniis altera vt sanguinis profluuo. Nec fuit Christus adeo indiscretus, qui daret quod non peterent, præsertim cum nec istæ mulierculæ vnquam ad Christum venissent ob animæ salutem, nisi ob corporis morbos summa eos necessitas coegeret. Et Lucas non scribit saluauit, sed fides tua te seruauit, Matthæus vero addit, & salua facta fuit à tempore illo, certe à tempore illo non habebat animæ salutem, cum D E V S hanc nobis prædestinauerit ab æterno, daturus demum in altera vita: sed seruabatur statim à morbis in bona valetudine.

26. Fides autem, obstreput isti, est hominum tantum, ita stolidi insaniunt, ut etiam malint turpes Amphibologias obiicere quam veritati credere: Diaboli credunt & contremiscunt: Estne iam fides hominum tantum. Ne sciunt isti Afini distinguere inter veram illam fidem, animam iustificantem, de qua Apostolus ait: Vna est fides: Et aliam historicam quæ non est hominum tantum, sed & mulierum & Diabolorum. Quis sanus vñquam docuit in muliere reperiri viuam fidem? Imò contrarium clamat Apostolus, & omnem ei adimit fidem scribens: mulierem saluari non per fidem sed per generationem. Fidem etiam habent multi homines mali sed mortuam, cadauera tamen sunt potius quam homines. Verum consistit hic paulisper Anabaptistæ, si fides est hominum tantum: Ergo infantes non sunt homines quia non habent fidem, aut si habent, in sumum abiit vestra doctrina.

27. Sciebant mulieres, & credebat Christum esse verum illum promissum Messiam, qui posset facile sanare omnes morbos, sed sciebant etiam hoc, eum propter se non esse missum: Ideo cum Christus aliquando cum muliere loqueretur, obstupefactos fuisse Apostolos scribit Euangelista, quod profecto non caret mysterio: fecit tamen interdum summa necessitas, quæ & legem frangit, vbi iam non erat humanum remedium vel ut Euangelistæ verbis vtar; vbi iam omnem in medicos substantiam impenderant, ut cum ei lachrymantes & trementes interdum casu obuiam venirent ipsius misericordiam vi coactæ implorarent & peterent non panem ut homines, sed micam, non corpus tangendum sed fimbriam saltem vestis. Christus ergo licet has inhumaniter suspiceret ut fecit in Cananæa, & in fœmina sanguinis profluvio laborante, vbi quod eum modo tetigisset indignabatur, tamen cum videret magnam earum esse fidem, hoc est longè firmius credere, eum esse illum Filium DEI Adamo & eius posteris promissum, quam multos viros quorum gratia tamen solum modo venerat, tulit iis interdum extraordinaire opem, viris incredulis saltem in opprobrium. Hinc enim ille sermo non inueni tantam fidem in Israël hoc est inter viros, quantam in muliere nihil ad me pertinente. Nec poterit hoc quispiam mirari qui nouit simili modo Christum ob ingratitudinem Iudæorum regnum suum translusse ad gentes: Legimus apud medicos spem & fidem ægri erga medicum & medicinam plus efficere, quam ipsam cum medico medicinam. Possem ergo & apposite dicere tales modò fidem in mulieribus fuisse, nec Christum, hoc est medicum, nec medicinam iis opem tulisse, siquidem scriptum sit, fides tua te saluavit, & sic fidem eas saluasse non Christum.

28. Iam.

28. Iam te cœpimus, inquit, mei Antagonistæ: duò enim contra te ipsum prouinciasti: Vnum Christum Adæ posteris promissum: si posteris: Ergo & mulieribus, quæ sunt ex ipsius posteritas, alterum, mulierem per generationem saluari. Si ergo per generationem saluatur, & homo est: at nolite mei amici ante victoriam triumphare, tum triumphate quando ostenderitis mulieres quoq; Adami posteros esse: hoc tamen in æternum demonstrare non poteritis. Nam quæ sit Adæ posteritatis expressè enumeratur in sacris Bibliis tam in veteri quam in nouo testamento. Notum enim est quem Adam genuerit, quem Filii eius, quem deniq; nepotes, quem postea Abraham, nempe Isaac, Isaac Jacob, Jacob Iudam, Judas Phares, Phares Esron & sic alii alios, vsq; ad hæc nostra tempora, mulieres autem quis genuerit nusquam extat, vnde originem traxerint est incertum, vnde venerint dubitatur. Posteritas ergo Adami tantum restringitur ad viros, quod & inde non est obscurum, quia nulla filia dicta est primogenita licet ante filios nascetur, sicut filii multi primogeniti dicti inueniuntur, etiam tum quando nativitatem eorum aliquot iam sorores præcessissent.

29. Alterum argumentum, quod pro se esse putant, omnino est contra illos & facit pro me. Fateor me cum Apostolo dixisse, mulierem per generationem saluari, sed quod inde elicere possint eā esse hominem & animæ salutē consequi planè inualidum est: omnes enim sectarii, quotquot à temporibus Lutheri extiterunt, hominem sola fide iustificari docent, si iam hoc verum, quomodo mulier homo esse potest, siquidem non fide sed generatione saluatur. Interpretor ego hoc verbum saluetur, vt ante, benè valere in hoc mundo, idq; non facio dubiis coniecturis sed firmissimis argumentis. Ut enim mulier infœcunda & sterilis per non generationem damnatur, hoc est despecta & quasi infamis est, quemadmodum ex antiqua lege cognoscimus, vbi mulier sterilis in odio D E I putabatur: Ita enim scriptum est, maledicta sterilis quæ non habet semen in Israël: sic econtra prægnans & fœcunda saluatur. Nam ibidem mox additum est, benedicta autem cuius semen est Syon, quia hæc explet officiū adiutorii, secus illa prior. Et hanc saluationem Dauid clarius explicat, vbi describit filios sedentes ad mēsam tanquā ramos oliuarum.

30. Omnino stultum est asserere per saluari, hoc loco animæ salutem intelligi. Si euim per generationem mulieres saluantur, frustra tamen pro iis mortuus est C H R I S T U S & frustra credunt: virgines deniq; omnes & viduæ & celibes quæ nunquam genuerunt, damnabuntur & meretrices genetrices saluabuntur. Adhæc ait ipse C H R I S T U S: vñ prægnantibus, & mamma nutrientibus in illis diebus.

Si ergo illis debet esse vae, quomodo per generationem hanc quae cum dolore fit debent saluari, foeminæ profecto sceleris egregiam referrent mercenam, nam propterea saluarentur quod peccassent.

31. Ita quidem fore inquiunt, nisi Apostolus addidisset si mulier permanerit in fide, verum cum in omnibus sacrarum literarum codicibus præsertim ab Anabaptistis versis, vel in textu vel in margine reperiatur si filii permanerint in fide, cui iustius credendum? hoc fateri cogebuntur vnum tantum ex his duobus sensum esse verum & genuinum, alterum falsum & suppositicum. si ergo ita se res habet, cur non malunt eum amplecti sensum, qui cum totius sacræ scripturæ harmonia concordat, quam si in qui repugnat. Illud est omnium Euangelicorum axiomā, eum saluaturum qui permanerit in fide multo operum respectu. Quod si verum aut legendum est, si filii permanerint in fide, aut dicendum & omnes mulieres & virgines salutem consecutas in fide permanentes, licet nunquam genuisset, & sic Paulum errare, qui & generationem ait necessariam, & sibi contrarius, dum alibi ex operibus salutem negans, generationem tamen poscat hic quae est opus. Tale autem quippiam de Apostolo affirmare cum sit peccatum, viderent miseri isti, quibus se inuoluant scripturis ad se detortis. Sicut itaq; filii non permanentes in fide matrem non damnant sic nec ei regnum cælorum consequentur permanentes. In hoc tamen mundo benefit matri propter illam ut habemus exemplum Mariæ quae propter generationem Christi plena gratia & benedicta inter mulieres fuit saluata.

32. Restat iam diluendum illud insolubile eorum opinione argumentum, mulieribus scilicet remitti peccata, ideoq; esse homines. Peccata, autem iis remitti probat exemplo Mariæ Magdalene peccatricis à septem Dæmoniis obsessæ, ad quam Christus dixit, remissa sunt tibi peccata. Possem quidem hanc rationem facile reiicere, quod vnum exemplum non sit trahendum ad consequentias: possem etiam dicere, peccata non tantum hominibus remitti, sed & mulieribus, quae homines non sunt, & hoc si dicerem, abunde me extricassem, sed repetam rem altius. In confessio esse puto DEVS hoc præceptum: ne comedas de arbore hac, mulieri non dedisse, viro saltem. Nam mulier nec dum creata erat cum DEVS prohiberet, nec fuit hoc præceptum post eius creationem repetitum: ideoq; post peccatum nec vocauit eam DEVS sed Adamum dicens, Adame ubi es? eiq; soli dixit cur comedisti de ligno, de quo, ne comederes, tibi præceperam, ad mulierem non item. Omnes etiam in Adam peccauimus non in Eua, & ipsum originale peccatum non à matre sed à patre contrahimus. Quare & vetus lex omne masculinum.

linum circumcidit iussit, fœminas autem incircumcisas manere, peccatum videlicet originis in eo sexu, qui peccasset solummodo puniendum statuens: sic ergo in origine non peccauit, non hodiè peccat mulier, quia nec nos pecaremus, nisi originale peccatum ab Adamo contraxissimus.

33. His præmissis intelligit quilibet peccata mulierum, si quæ sunt, nihil differre à Brutorum peccatis, quando pauperiem fecisse vel aliquod aliud delictum perpetrasse dicuntur. Nec poterit quis obstrepare Magdalena non similia habuisse peccata, quod eam Dæmones obsederint, siquidem & portos obsiderunt omni scelere vacuos. Huc attulit Apostolus inquiens, per unum hominem peccatum, intelligens Adamum. Euam vero non peccasse quare ne mediatore indiguit, sed potius ex semine eius nullo peccati contagio infecto mediator nasci debuit vir, qui sic esset absq; peccato, quemadmodum illa nec legimus uspiam in scripturis mulierem aliquam damnatam quod eidens signum est nec in iis causa damnationis esse, nempe peccatum.

34. Dixit quidem Eua, DEVS prohibuit ne tangeremus, sed falso ad id dicebat. Non enim DEVS mulieri prohibuerat sed viro, nec prohibuerat tangere sed comedere, quare & imperite addidit ne forte moriamur. Quid enim opus fuisset dubitationis particula forte, si Eua certo sciuisse fibi csum pomi à DEO prohibitum fuisse: quocirca etiam respondet serpens, ne quaquam moriemini, quasi diceret, quomodo tu debes mori cui nequaquam hoc præceptum datum est. Et res ipsa ostendit Euam post Esu mortuam non esse, quia oculi eius non aperiebantur, donec Adamus comedisset: cur autem puniuit eam DEVS, inquiunt, noli mirari. Nam & serpentem puniuit, qui tamen legem non habuit, nec homo fuit. Imò & puniuisse nego. Quomodo enim in dolore paries filios, poena esse potuit, cū vt pareret DEVS Eua iniunxit antequam illa adhuc arborem Paradisi vidisset, nec in dolore parere est poena, siquidem omnia animalia irrationalia in dolore pariunt, quæ nihil unquam peccauerunt.

35. Quod si etiam scrutamus scripturas inuenimus mulieribus male facientibus fere semper benedici, easq; propterea laudari quod malefecerunt. Laudatur Rachel quæ patrem suum Iuda querentem pulchra adiumentione delusit. Laudatur Rebecca, quod per fraudem obtinuit Jacob benedictionem Patris. Raab meretrix decepit eos qui quærebant exploratores Iosuæ & reputatum ei ad iusticiam. Egressa est Iahel in occursum Sisaræ, dixitq; ad eum intra ad me Domine mihi, ac petenti aquam dedit illi bibere de vtre lacteis, & operuit illum iacentem. Dormiente autem Sisara percussit clavum in caput eius & interfecit illum qui se fidei illius crediderat seruandum: atq; pro hac

in signi proditioe, benedicta, inquit scriptura, inter mulieres Iahel, benedicatus in tabernaculo suo. Quid Iudith? Nonne scriptum est bladitiis Holoferni per- cussit in cervicem & absedit caput eius, hanc tamē benedicit, laudat & extollit scriptura: & longè reputatur melior iniquitas mulieris, quā vir bene faciens.

36. Excusantur ab incestu Patris siliæ Loth, & non excusatur temulen-
tus Pater, & successio eius eiicitur ab Ecclesia D E I: excusatur incestuosa Thamar, & dicitur iustior Patriarcha Iuda, & fraudulentio incestu meretur propagare lineam saluatoris. Sic Christus absoluit mulierem in adulterio deprehensam, & puniri non permisit. Et legibus Imperatorum cauetur, ne mulier in adulterio deprehensa capite plectatur, imo ne ob debita incarcere-
tur nisi ipse iudex capite puniri velit. Quid quæso sunt hæc omnia quam a-
perta inditia, mulierum peccata reuera non esse peccata: quare & conuiuæ
assidentes, ut Lucas ait, cœperint mirari quando fœminæ peccata remitteret Christus cum nulla habeat. Nec Magdalena laborabat propter remitte-
nda peccata, sed propter pellendos Diabolos: ideo cum non hoc fine peccata ei
remissa sint, ut vitam æternam cōsequatur, sed ut Diaboli pellantur, quis no-
videt aliò tendere remissionem peccatorum mulierum quam viorum. Adde
quod solos Apostolos viros docuerit Christus orare Pater noster, iis ergo solis
incumabit dicere remitte nobis debita nostra non mulieribus.

37. Sed iam & aliis argumentis hoc quos volumus confirmemus. Le-
gimus apud Lucam ad Christum allatos fuisse infantes. Iam cum infans sit
generis communis, tam masculum quam fœminam complectitur, & cre-
dibile est non tantum pueros ibi allatos fuisse sed & puellas. Christus autem
non dixit finite infantes ad me venire, ut & puellas intelligeret, sed speciali-
ter dixit, finite pueros ad me venire, taliū est regnum coelorum, puerorum sci-
licet & non puellarū. Ideoq; & Apostoli prohibuerūt matribus ad Christum
portare infantes; quod ibi immixtæ erant puellæ nihil ad Christū pertinentes.

38. Matthæi 22. Saducæi quærebant à Christo cuius ista vxor futura es-
set in resurrectione mortuorum, quæ septem viris nupserat. Christus respon-
dens ait, erratis nescientes scripturas: cur quæso errarunt? nempe quod mu-
lieres resurrecturas stolidè putabant, nescientes scripturas, cum in iis nihil de
earum salute contineatur. Pergit Christus, in resurrectione neq; matrimoniu-
m contrahent, cur non obsecro? quia nulla mulier erit in cœlo, sed erunt
sicut Angeli D E I: quales nunc sunt Angeli? certè masculi omnes non
fœminæ. Viri ergo soli ad cœlum pertinent, mulieres nequaquam.

39. Christus ad propriam matrem dixit: Mulier quid mihi tecum. Si
ergo cum matre, quæ illum genuit, illi nihil est: multo minus cum aliis mu-
lieribus quid commune habet. Sed video quid hic obiicient, Christum appell-

sari filium hominis, esse autem Mariæ filium: Mariam ergo fuisse hominem.
Concedamus autem illis hoc argumentum, & dicamus Mariam fuisse ho-
minem, verum non natura, sed gratia: Sicut Christus Anabaptistis DEVS esse
dicitur non natura, sed gratia. Ideo & Angelus dixit: Ave Maria gratia plena
benedicta inter mulieres. Cur benedicta? quia illa fuit homo, & aliæ non. De-
inde Maria iure potest dici homo, quia peperit absq; viro, & ipsa quasi viri o-
pus compleuit pariant hodiernæ mulieres etiam absq; viris, & libenter eas
homines nominabimus. Sed nulla firmior ratio est quam prior. Si enim fili-
us gratia tantum est DEVS, cur non etiam mater homo gratia tantum, præ-
sertim cum & Maria nūquam homo dicta inueniatur, nisi propter genitum
Christum in genitura cum dicitur Filius hominis. Ipsi quoq; Anabaptistæ
farentur, hac Phrasí filius hominis, nihil aliud dici quam homo: & Hebrais-
mum esse asseuerant, quid ergo euincētisi hīc nullus filii respectus habetur:
Nec video quomodo hīc matris respectus possit haberi, cum Christus dicat,
non hanc esse eius matrem, quæ illum genuit, sed eos omnes qui sermonem
eius audiunt & faciunt.

40. Cum mulier de Christo exclamaret: Beatus venter qui te portauit, &
vbera quæ suxisti, reprehendit eam Christus, inquiēs: Quin imo beati qui au-
diunt sermonem DEI & custodiunt illum. Vides ergo Christum nolle asscri-
bere mulieribus beatitudinē. Et si mater ipsius non beata est, q̄iæ illū porta-
uit, quomodo aliæ mulieres debent saluari? Tegitur illud quod est sordidum
cum autē mulieres capita perpetuo tegere ex præcepto diuino cogātur, necesse
est eas coram Deo esse sordidas, & non saluandas, quia nihil conquinatum &
sordidum intrabit in regnum cœlorum, præsertim cum adhuc viuentes
mortuæ dicantur fœminæ, si paululum voluptatibus indulserint.

41. Iam dilabuntur ad illud ad Galatheos: Non est Iudæus, neq; Græcus, nō
est seruus neq; liber, non est masculus ac fœmina: nam vos idē estis in Chri-
sto. Et inde volunt probare mulierem esse hominē: sed stultè nimis: Si enim
hoc dicto probatur mulierem esse hominem, probatur etiam Iudæū & Græ-
cum esse hominem: nam de omnibus fit sermo. Quid autem Apostolus face-
ret stultius vel magis ridiculum, quā si hoc logo vellet docere Iudeum & Græ-
cum esse hominem, cum id sit manifestum per se ut probatione non sit opus.
Si ergo hoc non docetur, nec mulier esse homo probatur, quæ hic contine-
tur. Inquiunt, sed hi sunt vnum vel idem Christus, ergo nulla est differentia.
Præclare sanè: Christus ait ego & pater vnum sumus, tamen negant Ana-
baptistæ Christum esse æque Deum vt Patrem, negabimus ergo nos etiam
Fœminam æquæ esse hominem vt virum, licet vnum dicantur pueri
sum: sénibus etiam idem sunt in CHRISTO. Nam apud DEV.



non est respectus personarum, tamen eos Anabaptistæ ad Baptismum admittere nolunt, nec mulieribus permittere ut doceant in Ecclesia, cum tamē ad hoc vnum in Christo esse opinentur. Vnde apparet pronomen idem vel vnum non semper æquabiliter accipi. Iudæus & Græcus idem est in Christo, sed tum scilicet, cum Iudæum exuit & fidelis sit. Fœminæ ergo in Christo vnum esse volentes fœmineum sexum exuisse debebant, vt siant homines, quod cum facere non possunt manifesto apparet, quam parum ad Christum pertineant. Nos quidem veterem hominem qui est Adamus exuere possumus, illi Euam exuere & ante est inauditum & ridiculum. Porro animaduertite Apostolum non dicere: In Christo neq; est masculus neq; fœmina, sicut dicit neq; Iudæus, neq; Græcus neq; liber neq; seruus, sed loqui neq; masculus ac fœmina, annuens particula. Ac illam hanc non ita vnum esse in Christo, quemadmodum illi de quibus usurpat vocem NEQVE.

42. Et profecto non video quomodo mulieres possint esse vnum in Christo, cū ille ipse Christus & Apostoli præceperint, vt is qui vult esse perfectus & vitam æternam ingredi, vxorem relinquat, & laudant propterea Eunuchos qui se castrauerunt ob regnum cœlorum mulieres non attingentes. Christus etiam yxorem non duxit: Apostoli ductas reiecerunt, & aliis suaserunt, vt manerent sicut illi, addentes, eum demum verè Christo placitum, qui se matrimonio non copulauerit. Insuper vt omne idem remonerent attestati sunt, bonum esse mulierem non tangere.

43. Obtrudunt alii & hunc locum: Mulier cum parit, dolorem haber, cum vero peperit gaudet quod homo natus est in mundum, quia vero & puellæ nascuntur, euincere hinc student & mulieres esse homines. Sed quæ mater vñquam gauisa est nata filia? nulla certe: & magnus ille Ochinus Anabaptistarum Corypheus in Dialogis suis scriptum reliquit: mulieres natis filiabus non lætari, & matres hoc ipsum affirmant, nec mirum. Cum enim vt Aristoteles ait mulier sit monstrum in natura, vel vt Plato ait, magis animal irrationale quam rationale: quæ mater ex hoc partu gaudere potest, præsertim cum scriptura tradat mulierem per generationem filiorum saluari non filiarum. Intelligendus ergo hic locus mulier cum peperit filium, gaudet quod homo natus est, quia natus est generis masculini nec ad fœminas torqueri potest. Circumspice deniq; omnia totius sacræ scripturæ loca, ubi vocabulum homo extat cum ferè sint innumerabilia & inuenies semper tantum masculos intelligi. Quare & hoc loco si secus erit vnum exemplum perdant me mulieres.

44. Nec hic prætereundum est illud argumentum quod proferre solent:
Christum

Christum Lucæ 8. excitasse à mortuis puellam, mulieres ergo non resurrec-
turas, non animadueterunt acutuli isti, quid ibi à Christo dicatur, nempe
non mortua est puella, sed dormit. Quid hæc verba aliud innuunt, quam si
mortua fuisset, iam eam non resurrecturam, dormiebat ergo tantum Christi
testimonio puella, nec adhuc mortua erat, ut vulgus opinabatur, quare non
mirum eam surrexisse. Ideo & Christus ibidem præcepit omnibus ne dice-
rent quod factum erat, ne forte mulieres hinc exemplum capientes, resurrec-
tionem etiam ad se pertinere existimarent, è contra cum adolescentem su-
scitauit, non prohibuit sed Euangelista scribit: & exiit hic rumor in univer-
sam Iudæam & in omnem finitimam regionem. Seruus quoquia; ad Iarium
veniens & significans, filiam ipius mortuam esse, addidit ne vexes magi-
strum, quod hanc ob causam dixit, quia sciebat puellis vel sc̄minis semel
mortuis frustea Christi auxilium implorari, cum nec in nouissimo die sint
resurrecturæ. Legimus de Beato Germano Britonaro Episcopo eum insigni
miraculo asinum è mortuis excitasse, vt autem nemo inde ratiocinari potest,
asinos resurrecturos, nisi & ipse sit asinus, sic nec ex hac puella & reliquis
valebit. argumentum.

45. Iam pergamus Scriptura manifestè inquit caput Christi esse Deum
sicut virum caput mulieris. Iam Anabaptistæ volunt concedere Christum
esse Deum propætra quod eius caput sit Deus, mulier ergo hac ratione
non erit homo, quod caput eius sit homo, aut si homo est concedant quoquia
Christum Deum esse, & erit inter nos concordia.

46. Idem Anabaptistæ nolunt baptizare iusantes, quod nullum præcep-
tum nec exemplum habeant, quod eos Christus vel Apostoli, baptizauerint,
cur ergo mulieribus porrigit sacramentum Eucharistiæ, cum quoquia; nec e-
xemplum nec præceptum habeant, quod iis vel Christus vel Apostoli porre-
xerint aut porrigeret insserint: nulla profecto in eis est ingenuitas aut since-
ritas. Et nulla alia causa est quod corpus Domini salutare mulieribus nun-
quam datum fuerit, quam quod hoc corpus pro iis non est passum, nec ad eas
pertinet. Sed Baptismus pertinet ad illas inquiunt, cur non ergo & aliud Sa-
cramentum. Nam mulierum baptizatarum habemus exempla, vt Lydiæ.
Audio. eSed concedam hoc illis argumentum quando mihi quoquia, concesse-
rint ab uno Sacramento ad aliud argumentari. Baptismum pertinere ad in-
fantes cum circumcisio pertinuerit, aut si hoc factum, erit & illud.

47. Scio quidem in scripturis reperiri exempla baptizatarum mulierum
sed cum Papistæ & campanas & templo baptizent, an ea proptera sunt ho-
mines? Respondeo autem omnino esse contra præceptum Christi, vt mulie-
res batpizentur. Nam Christus dicit qui crediderit & baptizatus fuerit sal-

C

uns

ius erit, nō quācēdiderit, nec articulus qui est generis communis ut & fœmininum genus cōpleteat. Adhæc manifestum & Baptismum successisse circumcisioṇi quomodo ergo baptizari possunt cum circumcircisæ non fuerint mulieres. Accedit quod Christus iusserat Baptizare in nomine Patris, Filiī & Spiritus Sancti, qna forma nulla mulier baptizata legitur, illegitimus ergo erit Baptismus. Quare addo & istud, sicut per indulgentiam circumcisioṇem permisit Paulus Christianis, quod tamen Christus non præceperat, sic & Baptismum initio mulieribus vitiōse. Ideo & gratias agit Apostolus Deo quo, non multos baptizauerit, & addit se non esse missum ut baptizet, sed ut Euangeliȝet. Et cum non exemplis sed legibus sit indicandum, exempla baptizatarum omnino nullius sunt valoris.

48. Quid aiunt alii: Christus quamprimum à mortuis resurrexit, ostendit se primo mulieribus, quomodo ergo Christus ad eas spectare non potest. Sed replico, Christum quamprimum nasceretur ostendit se in stabulo boui & Asino, ergo pecora ad Christum pertinent, o stupiditatem! Non animaduertunt miseri isti Christum nullam aliam ob causam initio mulieribus apparuisse, quam ut eius resurrectio quamprimum & quam citissimè vbiq; diuulgaretur. Cum enim mulieres sint garrulæ, quæ illæ sciunt, statim nouit omnis ciuitas. Accedit quod mulier neq; iure diuino neq; humano possit testari, non etgo posuit Christus eas resurrectionis suæ habere testes, cum testimonium earum sit invalidum. Ideo & Apostolus Thomas reliquis discipulis credere noluit, Christum à mortuis resurrexisse, quod mulieres saltem illis hoc dixerant, imo & alii Apostoli mulieres delirare putabant. Ita deniq; Christus resurgens se mulieribus ostendit ut noluerit, quæ eum noscerent, licet prope ei astant. Nam & propria mater filium noscere non potuit, sed putauit eum esse hortulanum, imo cum postea agnosceret prohibuit Christus ne eum tangeret. Hinc apparet quomodo Christus fœminas sua resurrectione honorauerit.

49. Clament mulieres, loquimur, habemus rationem & animum rationalem. Ergo sumus homines, sed ego nego hæc omnia. Nam & multæ sunt aues quæ loquuntur & asinus Balaami locutus est, homo tamen non fuit. Et fine ratione loqui nihil aliud est quam non loqui. Eas autem loqui sine ratione inde apparet, quia iubet eas Apostolus tacere in Ecclesia, si enim rationaliter loqui possint cur deberent tacere? Publica officia omnia illis legibus interdicta sunt, postulare in iudicio etiam, prudentissimè non permittitur, repelluntur in iuris dictione, in arbitrio, in adoptione, intercessione, in procuratione, in tutela, in cura, in testamentaria & criminali causa nullam aliam ob rationem quam quod ratione non habeant. Non enim sexus: impedire pos-

set si ratio adesset: nec legimus vspiam Deum mulieril inspirasse animam,
& ipfi Anabaptistæ editis scriptis fatetur & probant mulieres animam non
habere. Et etiam si mulieres rationem haberent, tamen hæc eas homines
non efficeret, cum & Angeli & Diabolus animam rationalem habeant & lo-
quuntur, homines tamen non sint. In Christo habitat omnis plenitudo di-
nitatis corporaliter ait Apostolus, tamen Ebionitæ negant hanc efficere ut
Christus sit Dcus, nec ergo & anima rationalis mulierem efficeret homi-
nem quamvis eam haberet. Animaduertit hoc doctissimus Cardinalis Ho-
tius qui negauit animam rationalem hominem constituere. Nam & bestiæ
habent talem animam, cum Deus nos ad eas remittat, ut ratione ab iis disca-
mus, dicens: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. I-
tem I piger ad formicam, sed sola cognitio Dei facit hominem qua reliqua
animantia carent. Qnod si quis contendere velit mulieres Deum cognoscere
fateri cogebitur eas hanc cognitionem à viris communicatam habere.
Nam scriptum est mulier si quid vult scire à viro discat. Ut antem diuinitas
Christi à patre communicata Chrtistum non facit Deum sic nec cognitio
communicata mulierem hominem.

50. Nec euro illud vltimū omnium mulierū effugium: Omne simile gig-
nere sibi simile, necesse ergo esse ut mulier sit homo, quandoquidem homi-
nem procreet. Nam si hoc verum, mentiuatur Anabaptistæ Christum non
esse verum Deum. Pater enim si filium genuit, Deum genuit sibi similem in
procreatione, cum Filius nascitur, pater gignit sibi simile, nec est hic mater
respicienda quæ causa efficiens non est, sed tantum instrumentum, nascituræ
proli nullam vitæ formam addit, ut Physici dicunt. Si vero filia nascitur iam
non simile quia hæc est monstrum, cum natura semper tendat ad optima &
malit masculum procreari quam fæminam, ut Philosophi testantur. Nec mi-
rum cū ex equo & mulo quoq; nascitur asinus ex stercore equino Scarabæi,
ex pinguedine pediculi, ita ut simile de simili sæpe fallat.

51. Probaui opinor quinquaginta inuictissimis sacrarum literarum tes-
timoniis mulierem non esse hominem nec eam saluari. Quod si non effici o-
stendi tamen vniuerso mundo, quomodo huius temporis hæretici, & præser-
tum Anabaptistæ sacram soleant explicare scripturā, & qua vtantur metho-
do ad stabilienda sua execranda dogmata. Prudenti satis, imprudentes autem
mulierculas oratas volo, ut me pristina sua benevolentia & amore cōpletean-
tur, quod si noluerint pereant bestiæ in secula seculorum. Satis gloriæ & ex
hoc tractatu habeo, quod in posterum more aliorum, hæreticus sim futurus
si non bona famæ tamen magnæ.

F· I· N· I· S.



AkTh 270

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1298
1299
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1398
1399<br

Pon Tha 270, QL





Farbkarte #13

B.I.G.

